



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XLIII. Die Markgrafen Otto und Woldemar versichern den Pfarrer zu Pinnow
der Abgabefreiheit einer ihm von dem Abte von Chorin beigelegten
Pfarrhufe, am 25. Juli 1307.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

neat, prefens scriptum sigilli mei ac filiorum meorum duxi munimine roborandum. Datum Grifensberge, anno Domini M^o. CCC^o. VI^o., quarto Kal. Aprilis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Serckens Cod. II, 445.

XLIII. Die Markgrafen Otto und Woldemar versichern den Pfarrer zu Pinnow der Abgabefreiheit einer ihm von dem Abte von Chorin beigelegten Pfarrhufe, am 25. Juli 1307.

Nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lufatie et de Landesberge Marchiones, recognoscimus et ad singulorum notitiam tenore deducimus cum presententi, quod ob reuerentiam Dei et gloriose genitricis sue, nec non propter salutem animarum nostrorum progenitorum, plebanum in Pinnow a precaria mansi, quem honorabilis vir dominus Bruno, Abbas in Chorin, doti ibidem apposuit, dimittimus liberum penitus et exemptum. Volentes id eidem plebano a nostris veris heredibus inuolabiliter obseruari. In cuius euentiam presentes donauimus sigillorum nostrorum munimine consignatas. Datum Werbellin, anno domini M^o. CCC^o. VII^o., feria tertia in die beati Jacobi Apostoli.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Serckens Cod. II, 446.

XLIV. Die Markgrafen Otto und Woldemar überlassen dem Kloster Chorin die beiden Slawischen Dörfer Ober- und Nieder-Liepe mit dem ihnen noch angehörig gebliebenen Winkel der Heide, am 12. März 1308.

Vt rei geste iugis memoria vigeat et perhennis, summe necessaria est descriptio ipsius, ne posteri obliuione moti denegare ualeant maturo priorum consilio stabilita. Hinc est, quod nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Landesberge et Lufatie Marchiones, recognoscimus et ad uniuersorum crisi fidelium noticiam tenore presentium volumus peruenire, quod Cenobio Chorinenli Ordinis Cystericiensis et fratribus inibi Deo famulantibus duas Slauicales villas, quarum nomina sunt hec, videlicet Lypa inferior et Lypa superior, et angulum seu extremam partem Merice, que nostra fuit usque nunc, ut de cetero tota Merica simul et ville predictae cum terminis suis Claustri sint in perpetuum pleno jure, cum agris suis cultis et incultis, paludibus, stagnis, fluuiis, lacubus, riuulis, piscationibus, pratis et pascuis, lignis, nemoribus ac ceteris utilitatibus ex ipsis prouenientibus pari modo, quemadmodum ipsa possedimus ab antiquo, vendidimus atque damus cum omni libertate et proprietate possidenda iugiter et habenda. Renunciantes simpliciter omni juri, quod in predictis villis et in predicta merica huc usque habuisse dinoscimur, ita quod omnino nichil juris, actionis, precarie, iurisdictionis, seruicij aut aliquid talium nobis seu nostris heredibus legitimis seu successoribus de cetero competere possit vel debeat in eisdem. Sed ipsa cum omni iudicio tam majori quam minori, prout est premissum, ad predicti claustri fratres volumus remoto impedimento quolibet pertinere, Sic tamen, ut piscatura, sicut ab